

Christianorū p̄secutores erant ecclesias edificauerūt: ducesq; bel-
 li contra impios facti sunt. Sed statim secūda persecutio h̄ere Secunda p-
 titorum insurrexit: repente enim apparuit cruentus draco frē secutio.
 mens ex squama: & sibilans diuersas h̄ereses/ Arr̄ij videlicet
 & Sabellij Macedonijq; & aliorū hereticorū; Propter qđ ma-
 xime tempus dixit Dauid: Narrauerūt mibi iniqui fabulatio-
 nes: sed non sic lex tua domine. Sed data est & apposita tunc ^{ps. cxviij.}
 Lux doctrinæ ecclesiæ: cum multi magistri tunc apparerēt: &
 diuinam scripturā aperirent. Hilarius hic fuit: Augustinus/
 Hieronymus & Gregorius. Insurrexitq; & multitudo san-
 ctorū patrū/ qui in eremis perfecte & sincerissimæ vītē erant:
 adeo/ ut & per eos draconis os/ debili & vulgari lino ligatum
 sit: & sic diuinarū scripturarū efficacia os loquentiū iniqua ob-
 scuratū est. Sed statim post h̄ec inualuit ecclesijs tertia corru-
 ptio: ex falsis fratribus videlicet periculū. Vnde & post Gre-
 gorij tpa statim tribulatio p corruptos hoīes intellectū robo-
 rauit in hypocrisi mendaciū loquentiū & tot mendacia & fi-
 gmenta renata sunt vītē/ doctrinæ & iusticiæ: ut multi essent
 qui descenderēt & adiuuarēt iniquos & tyrannos. In tantam
 em̄ hi fatuitatē & prauitatē plapsi sūt: ecōuerso pfectissimos
 hoīes oblactarēt/ eisq; detraherent. H̄ec cōtra ecclesiam corru-
 ptio usq; ad seniū & senectutē pmanebit: ut nequaq; spes ali-
 qua relicta sit/ nisi diuini auxilij: & p veritate instantiæ. Un-
 de & p temporibus his dicit Dauid: Oia mandata tua veritas
 In iuste persecuti sūt me: adiuta me. Quasi dicens: Etsi pstra-
 ta est ad tempus veritas: oportet tamē hanc velocissime exur-
 gere & efficaciter cognosci: maxime diuino cooperante auxi-
 lio. In hoc igit̄ tertio conditionis statu/ post tpa videlicet beati
 Gregorij/ in tpi bus Heraclij/ insurrexit veritati & dei ecclesię
 homo quidam diabolus primogenitus sathanæ: in libidinem
 pcliuis/ & ex fraude machinamētis deditus: noīe Mahome-
 tus: qui consilio & auxilio illius qui mēdax & mendaciū pas-
 ter est: iniquā & mendaciū plenā/ tanq; ex diuino ore platā le-
 gem cōposuit: quā qdē legē Alcoranū nominauit: videlicet
 diuinorū mandatorū collectionē. Hic Mahometus supra oēs Alcoranū
 q; fuerunt/ vel futuri sunt ecclesiam Dei persecutus est: Nō em̄ qd dicas
 uno solummodo ecclesiam percussit: sed tribus generalissi-
 a iij

Tertia per
secutio.

H̄err / ms. 1
b. 1540
Frst 900
v. 1540